



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessio Doctrinae Saxonicarvm Ecclesiarvm, Scripta
Anno Domini M. D. LI. Vt Synodo Tridentinae Exhiberetvr**

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1554

VD16 C 4808

Philippvs Melanthon Candido Lectori S. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35345

PHILIPPVS MELAN
THON CANDIDO
LECTORI S. D.



Equaquam uoluimus dissidia in nostris Ecclesijs accendere, sed summam doctrinae quae sonat in Ecclesijs omnibus, quae Reuerendi D. Lutheri confessionem amplectuntur, simpliciter & fideliter recitare uoluimus, ac repetimus sententiam confessionis, quae Imperatori Carolo exhibita est in conuentu Augustano, Anno M. D. XXX. etsi quaedam hic narrantur plenius. Oramus igitur omnes lectores, ut in iudicando candorem adhibeant, conuenientem bonis & doctis uiris. Facile est excerpere mutilata dicta, & ea cauillari, ac delectat nunc multos hic ludus. Sed Thucydideum illud meminisse nos praesertim in Ecclesia decebat, διαβολὰς οὐ σωφρον οὔτε λέγειν, οὔτε ἀκρόντας ἀπιδέχεσθαι, ac speramus iudicia piorum & eruditorum, qui sine maleuolentia iudicant aequiora fore. Cumque uelit Deus esse in Ecclesia iudices, ad tales uiros, qui intelligunt controuersias, nec amant Sophismatum praestigias, prouocamus, ac optamus talium colloquia. Oramus autem filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis & resuscitatum, qui uere sibi in genere humano aeternam Ecclesiam colligit, ut nos doceat & gubernet, & efficiat, ut quam plurimi in IP SO unum simus. Bene uale candide Lector.